

# CURRENDAL.

A. D. 1865.

N. 402.

**Antiqua monita de servandis in statu clericali.. renovata ad exordium  
 anni 1865.**

**MONITUM I.** „Sancti erunt Deo suo et non polluent nomen ejus; incensum enim Domini et panes Dei sui offerunt, et ideo sancti erunt.“ Lev. XXI. 6.

**Habitum suscipe** non ex levitate, avaritia, ambitione... sed vocante Deo, perfectionis studio, zelo salutis tuæ et proximi.

**Incede in habitu** gravi, modesto, mundo, canonico seu præscripto.

**Esto Episcopo tuo..** obediens in præceptis, decretis, monitis, obsequens corde, verbo, opere.

**Fuge domus suspectas** — mulierculas — ludos — choreas — theatra — venationes — contemptus Episcopi, sussurrationes in Superiore, tumultus quoescunque.. viles famulatus ex turpi œconomia, avaritiam ex munera acceptione, ex importuniœ exactionibus, ex rei alienæ administratione.

**MONITUM II.** *Perfeetus eris et absque macula.* Deut. XVIII.

**Exemplum esto fidelium** in scientia — divina, ecclesiastica, civili.. prudentia in consiliis, judiciis, imperiis.. modestia et gravitate in indumentis, sermonibus, moribus.

**Exemplum esto fidelium..** liberalitate in peregrinos, pauperes, templis.. temperantia in divitiis, conviviis, solatiis.. integritate coram Deo, hominibus, Te ipso, obsequiis et amore erga sanctam ecclesiam, summum Pontificem.

**MONITUM III.** *Mundamini, qui fertis vasa saera Domini.* Is. LII. *Sacerdotes induantur justitiam* Ps. 131.

**Perpende munera** tui dignitatem, angelicis, humeris formidandam, regia celsitudine celsiore, omnibus venerabilem.

**Perpende munera** tui potestatem.. in corpus et sanguinem Domini.. in remissionem peccatorum, in dæmones.. obligationem studendi.. angelicæ puritati, seraphico fervori, progressui in virtutibus.

**Per quod factus es** interpres et legatus Dei, sacerdos in æternum, mediator inter Deum et homines, dispensator mysteriorum cœlestium.

**Cave itaque,** ne sis... sacrorum contemptor, Ecclesiæ parum obsequens, pericu-

losæ doctrinæ sectator, asper aut remissus in pœnitentes, avarus — immundus — vinolentus, turpis lucri cupidus.

**Sed esto..** pius — innocens — sobrius — segregatus a peccatoribus.

**MONITUM IV.** *Media sanctificationis.* Timor, amor Dei — Custodia cordis, sensuum, Sancta occupatio memoriæ, intellectus, voluntatis — Frequentia orationis, meditationis, lectionis spiritualis — examinis conscientiæ, sacramentorum. Devotio erga Deum, s. Virginem, Santos — Cautela et moderatio in negotiis, conversationibus, solatiis.

**Hoc fac et vives.**

**N. 466.**

**De jejunio quadragesimali nec non de labore Venerabilis Cleri ac populi fidelis sub tempore hocce sacrato.**

Sancta Mater Ecclesia de salute fidelium quotidie peccantium solicita, jam 2. per hebdomadem dies (feriam VI. et Sab.) jam IV. tempora; Vigilias quasdam, diesque Rogationum, jam tempus nunc ingruens 40. dierum tum pro mortificatione mentis et corporis; tum pro satisfactione, sive pœnitentia ob commissa peccata; tum pro vitiis extirpandis, augendisque virtutibus promerendisve præmiis assignat, et imprimis quoad sacram tempus quadragesimale fidelibus cinerum impositione ad humilitatem, recordationem inopinatae mortis et idcirco ad seriam poenitentiam inauguratis, jam in Breviario, jam in Missali vocem extollit: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis!* II Cor. VI. *Advenerunt nobis dies poenitentiae, ad redimenda peccata, ad salvandas animas.* Ant. ad Tertiam fer. II. post Dom. Quadr. *Convertimi, ad me in toto corde vestro, in jejunio et fletu et planctu, et scindite corda vestra et non vestimenta vestra, ait Dominus omnipotens.* Joel II. Capitulum ad eandem Tert.

Ne vero quemquam lateat, in quo illa conuersio consistat, Capitulum Sextæ clare exhibet: *Derelinquat impius viam suam et vir iniquus cogitationes suas et revertatur ad Dominum.* et Cap. Nonae. *Frange esurienti panem tuum, et egenos, vagosque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despixeris.*

Hæc eadem Mater ad Clerum conversa, lacrimabunda flagitat: *Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam et annuntia populo meo scelera eorum et domui Jacob peccata eorum.* Isai 58, et ab ipso intercessionem expectat his verbis: *Inter vestibulum et altare plorahunt sacerdotes ministri Domini et dicent: Parce Domine, parce populo tuo, et ne des haereditatem tuam in opprobrium.* Joel II.

Jmmo ne quis nostrum, saluberrimum jejunii scopum durante hocce tempore, obliiscatur, in praefatione quotidiana haec verba nobis in memoriam revocat: *Qui corporali jejunio vitia comprimis, mentem clevas, virtutem largiris et præmia, et pro ipsa feria*

Cinerum Epistolam ac Evangelium, de conversione, de jejunio etc. populum paelegendum explicandumque assignat; demum pro omni die Evangelium huic temporis sacre accomodatum, praefigit, quod Pastores zelo animarum ducti, fidelibus congregatis explanare solent quotidie.

Denum Ecclesia nostra quotidie pro populo jejunante intercedendo ferme ea exprimit, quæ oratiuncula haec continet: *Praesta quesumus omnipotens Deus, ut familia Tua, quæ se, affligendo carnem, ab alimentis abstinet, sectando justitiam, a culpa jejunet.*

Quis nostrum Fratres in Xto! vocem intentionemque tam solicitae Matris, quæ nos suo lacte enutrit et hucusque pane suo alit, non venerabitur? Quis exultando cum Apostolo gentium, non erumpet in vocem lætabundus: *Ecce nunc tempus acceptabile; ecce nunc dies salutis: nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum. Ut castigati et non mortificati; quasi tristes, semper autem gaudentes; sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, et omnia possidentes 2 Cor. VI? In his ergo diebus exhibeamus nosmet ipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in jejuniis, in vigiliis, in charitate non facta“?*

Hanc vocem S. Matris Ecclesiæ ad Venerabilem Clerum emitentes, ac promptitudinem ad obsequia Illius supponentes, nihil aliud impræsentiarum Eidem commendandum esse censemus, quam ut tenorem Litterarum Praesimalium Nostrarum de 4 Feb. 1849 N. 53 in suo vigore persistentium, nec non Instructionem Nostram ex Octava Epiphaniæ 1864 sub N. p. 7. in Cur. I. ej. a. legendo, populum sibi commissum de peragendo salubriter hocce temporis spatio a Deo sibi in remedium animarum concessa tempestive et accurate instruat, in Domino ipsum obsecrando, quatenus Ipsem in oratione et jejunio servidus conformiter illis litteris fideles imprimis plebem laboribus subditelae exemptam, ad frequentanda divina etiam diebus ferialibus; ad decantandam et recolendam Passionem Domini Nostri Jesu Christi diebus Dom. ad extirpanda in dies vitia grassantia et exercendas eis contrarias virtutes excite; insimul ad jejunium stricte servandum jam fine placandi misericordiam divinam, satisfaciendi justitiae Ejus pro peccatis, avertendique mala præsentia et futura; jam fine comprimendi passiones, extirpative consuetudines pravas, ac promerendi praemia, imprimis pacem externam et internam; benedictionem in pecoribus et domibus; sanitatem demum et post obitum mercedem congruam, inflammet, atque tali modo intra hos 40 dies, veterem exuat, novumque induat hominem, ac resurgendo e vitiorum, quibus irretitur, barathro, festa Resurrectionis Jesu Christi lætabundus celebrare valeat.

Nunc pro dolor implentur illa, quæ Doctor gentium in Epist. II. ad Timotheum C. III. prædixerat: *Hoc autem scito, quod novissimis diebus instabunt tempora periculosæ erunt homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti; sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi et voluptatum amatores magis quam Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes.*

Tales ut convertantur hocce exercitii stadio, in Domino omnes concitemus vires.

In specie quoad jejunium eadem observanda inculcent Fratres in Christo, quae in Litteris jam citatis statuuntur: præpriuīs ad hoc reflectantur fideles, quod

a) cuncti, sive gaudeant dispensatione intuitu qualitatis ciborum; sive insistant pristinæ Ecclesiæ disciplinæ, ad unam solummodo in die refectionem, attamen corporis indigentius accomodataam, seu ad saturitatem cum vel sine brevissima cœnula, stringuntur, qui jejunare obligantur,

b) dispensatione coram Deo tunc nonnisi valeat, si justæ pro ea adsint causæ; et

c) beneficium dispensationis per alia bona opera, uti preœses, eleemosynæ . . resarcientum veniat etc. de quo in Confessionali adæquata quæstio formetur.

Vix hic monendum, quod gratia dispensationis tantum in illis parochiis publicanda atque concendenda sit, ubi plurimi reperiuntur, qui dispensationem justis ex motivis anhelant.

His addenda esse censemus, ut

1) A. R. Condecorales a resp. Decano, rursus Perillustres Decani et Claustrales a Nobis expetant gratiam dispensationis ob gravia rationum momenta.

2) Sub sacro hocce tempore Veiner. Clerus ita instructionem populi et juventutis ordinet, quatens die Cinerum jam de jejunio, verum subsequis 6. Dominicis de 5 Pœnitentiæ conditionibus ac de s. Communione, mane pro adultis, a meridie pro juventute, in Ecclesia aut in excursionibus, etiam per hebdomadem verba faciat ac insuper concionem de Passione Domini Nostri Jesu Xii, post devotionem „Gorzkie żale.“ adaequatam dicat — quæ jam ad commiserationem jam ad imitationem &c. excite.

Historia filii prodigi a Salvatore nostro ceu forma conversionis destinata, concionantibus ubera ad conversionis palæstram suppeditat momenta.

3) Ante Confessionem et Communionem si tempus adfuerit, verba præparatoria depromat, præcesque ante et post s. Communionem præscriptas aut Ipsem, cum mora et gravitate recitat aut recitari faciat.

4) Labores prædicationis et confessionis precibus fulciat, quo magis convertantur Ninivitæ, prodigi filii, ac dein super conversis lætentur Cœlites.

5) Ne sal, quo condiendi sunt homines, infatuetur, Recollectiones ante Confessionem paschalem vel singillatim, vel junctim, Parochus cum Cooperatoribus instituat, quibus omnes obfirmati, Confessione purgati ac justificati Pascha cum animi gaudio manducare valentis. In hoc saluberrimo exercitio adhibete jam Psalmum „Miserere“ ad pœnitentiam flectentem, nuperrime impressum; „Memorale vitæ Sacerdotis,“ Meditationes super Decalogo sub titulo: „Die X. Gebote Gottes — Zehn Betrachtungen als geistliche Übungen für Priester v. Bened. Höllrigl.“ Wien 1863. Sartori. 70 x.

6) „Matutinum tenebrarum“ &c. juxta Ecclesiæ Rubicas solenniter in templo persolvat... ac ritus Hebdomadis Magnæ prævie populo illustret.

Transacto ita mortificationis emendationisque tempore, cum lætissimo Alleluja non solum memoriæ Resurrectionis Salvatoris nostri, verum suam quoque a peccatis resurrectionem parochiam una cum Pastore exultantes celebrare — ac viriditatem animæ suæ sub resplendente natura externa gaudentes conspicere valebunt. Tarnoviæ festo S. Agathæ 1865.

**Additamentum ad tributæ directæ pro A. 1865 publicatur.**

Hocce in obtutu communicatur invitatio Exc. C. R. Locumtenentæ Leopol. ac Publicatio de 19. Jan. 1865 N. 1319. e quibus Venerabilis Clerus respectivam hauriet notitiam:

**I. Invitatio:** „Die zuliegende Kundmachung, mit welcher zu Landes- und Grundentlastungszwecken für das Verwaltungsjahr 1865 der Steuerzuschlag in dem bisherigen Ausmaße ausgeschrieben wird, wird dem hochwürdigen Konsistorium mit der Aufforderung mitgetheilt, die Einleitung zu treffen, damit die ingedachten Steuerzuschläge in so ferne dort einkommensteuerpflichtige Bezüge angewiesen vorkommen, von den betreffenden Kassen vom 1. Jänner 1865 im Sinne der zuliegenden Kundmachung eingehoben, verehnet, und auf die übliche Art abgeführt werden.“

Lemberg am 19. Jänner 1865.“

**II. Publicatio:** „Kundmachung. Seine k. k. Apostolische Majestät haben mit A. H. Entschließung vom 6. d. Ms. die Ausschreibung einer Landesumlage für das Königreich Galizien im Betrage von zwei und sechzig  $\frac{1}{2}$  % des direkten Steuern, mit Ausschluß des Kriegszuschlages, für das Solarjahr 1865, und zwar von 14% für eigentliche Landeszwecke und von 51% für die Grundentlastung vorbehaltlich der seinerzeitigen verfassungsmäßigen Feststellung des Landes-Vorschlags, allernädigst zu genehmigen geruht.“

Was hiemit im Grunde hohen Staats-Ministerial-Erlasse vom 13. Dezember 1864 Nr. 8276 zur öffentlichen Kenntniß gebracht wird.

Bezüglich der vom 1. Jänner 1865 beginnenden Einhebung und Verrechnung dieser Steuerzuschläge, ferner der Einkommensteuer von jenen stehenden Bezügen, welchen nach der A. H. Entschließung vom 25. November 1858 und der in Folge derselben erlassenen spezielen Bestimmungen (Verordnungsblatt des Finanz-Ministeriums Nr. 62 ex 1858 und Nr. 18 ex 1859) die Befreiung von der Entrichtung der Landes- und Grundentlastungszuschläge nicht zukommt, werden die nöthigen Verfügungen getroffen.

Von der k. k. galizisch. Statthalterei

Lemberg am 19. Jänner 1865.“

Hoc pro notitia et directione. E Consist. Episcop. Tarnoviæ 1. Feb. 1865.

N. 393.

**Collectio pro nova Capellania in Budzów Circuli Wadovicensis.**

Motiva collectionis Venerabilis Clerus e sequenti percipiet Circulari Exc. C. R. Locumtenent. Commissionis Cracov.

„Z. 31682. An sämmtliche k. k. Kreisbehörden und Bezirksämter, die bischöflichen Konsistorien in Krakau, Tarnow und Przemysl rit. lat. und grec. die Polizei Direktion und den Magistrat in Krakau.“

Mit Erlaß des bestandenen hohen Ministeriums für Kultus und Unterricht vom 19. März 1852. Z. 986 wurde für die Gemeinden *Baczyn*, *Zachełmna* und *Budzów*, eine Lokalkapelanie im letzteren Orte mit dem Beisaße bewilligt, daß die Erbauung und Erhaltung sowohl der Kirche, der Kuraten- und Meßnerwohnung als auch des Friedhofes und der Todtenkammer ohne Konkurrenz des Religionsfondes von dem Patrone und den eingepfarrten Gemeinden sichergestellt werde.

Die Kosten der aus Holzmaterial zu erbauenden Kirche sind mit 6888 fl. 74 kr. ermittelt, und für die innere Einrichtung, die Pfarrwohnung nebst Wirtschaftsgebäuden und die Organistenwohnung nebst Schule auf 7800 fl. ö. W. veranschlagt worden, wornach die Gesamtauslagen sich auf 14680 fl. 74 kr. ö. W. belaufen werden.

Da alle drei Gemeinden wegen ihrer hohen Gebirgslage der Sterilität des Bodens, und wegen ihrer mißlichen Besitz- und Erwerbsverhältnisse notorisch zu den ärmsten Gemeinden des Wadowicer Kreises gehören und nach den gepflogenen Erhebungen die zum Bau der Kirche entfallenden Konkurrenzbeiträge nicht einmal durch Aufopferung ihres letzten Inventarial-Biehes zu erschwingen im Stande sind, so wird zur Aufbringung der für den Kirchenbau erforderlichen Geldmittel eine Sammlung freiwilliger Beiträge in dem ganzen Krakauer Verwaltungsgebiethe bewilligt. Sämmtliche Kreisbehörden und Bezirksämter werden aufgefordert, dieselbe in ihrem Amts bereiche in umfassender Weise einzuleiten, und zu unterstützen.

Die hochwürdigen bischöflichen Konsistorien in Krakau, Tarnow und Przemysl werden angegangen, mittelst des unterstehenden Klerus auf die Reichhaltigkeit dieser milden Sammlung kräftigst einwirken zu lassen.

Die einlangenden Beiträge sind monatlich an die k. k. Kreisbehörde in Wadowice zu übersenden, welche dieselben ihrer Bestimmung zu führen wird.

Krakau am 25. Jänner 1865.“

Quidquid larga contulerit manus, Venerabilis Clerus vel ad Nos vel ad Inc. C. R. Officium Wadovicense expedire properabit, quo posteriori casu Nos de quota collecta certiores reddet.

Tarnoviæ 1. Feb. 1865.

#### N. 101.

**Libellus: „Jahres-Bericht u. Rechnungs-Ausweis des Vereines der heil. Kindheit Jesu“ mittitur.**

Ven. Directio Consolationis sanctæ Infantiae Jesu Viennæ Litteris de 20. Decr 1864 plures ad Nos libellos cum supracitato titulo ad Nos promoverat — qui continent relationem de progressu Missionum resp. in China, India orientali ac Nazarethi, nec non con-

signationem perceptarum et expensarum in coēmendas, educandasque proles. Horum plura exemplaria ad quemlibet penes hanc Currendam expedimus Decanatum, quæ jam in Decanalii, jam in aliquot parochialibus post lustrationem reponantur ceu munimentum historicum — In hisce pag. 24 Ven. Clerus conspiciet dona Diœceseos hujatis in quota 296 fl. 42 x. insuper pag. 29 perceptorum summam 15421 fl. 75½ x. V. A. expensorumque eandem, intra terminum a 1. April. 1863 usq. ad 31. Mart. 1864.

Oboli hi sane fortiter pulsant cœlum pro benedictione super Largitoribus piis, et quis ponderare valet pretia redemptorum, precium, Missarum, meritorum aliorum, quæ in eos dent redundant!

Demulceatur hisce rursus animus noster.. qui demulsus populum quoque flectat ad ulteriores succursus pro gratia prioris jam conversionis ad fidem — ob quam in toto terrarum orbe dilatandam jussi sumus clamare jugiter ad Patrem in cœlis: *Adveniat Regnum Tuum!*

Tarnoviæ die 12. Jan. 1865.

N. 197.

**Praenumeratio „Bonifacius-Blatt“ et novus succursus.**

P. T. Directio Consolationis S. Bonifacii e Padernborn horsum promovit 10 exemplaria operis periodici ex A. 1864 N. 6. et N. 1. ex a. 1865. cum invitatione ad prænumerationem erga 25 x. V. A. cum expensis jam Postæ et cum supplicatione pro novo succursu; nec non cum variis notitiis de fatis Consolationis. Per 1. exemplar ad quemlibet Decanatum nunc accluditur. Venerabilis Clerus ad dilatandum *Regnum Dei* vocatus, sub uno alteroque respectu non tardabit auxilium suppeditare.

Tarnoviæ 19. Jan. 1865.

N. 541.

**Licentia colligendi pro aedicando templo in Weimar ad ulteriores 6. menses extenditur.**

Hoc elucet e sequenti Circulari Exc. C. R. Commissionis Locumt. Cracov. de 30. Jan. 1865.

„Das hohe Staatsministerium hat laut Erlass vom 13. Jänner d. J. 3. 246/St. M. I. die der katholischen Gemeinde in Weimar mit den hohen Erlässen vom 27. Oktober 1863, und 16. Juli 1864 Z. 3. 7678 4739/St. M. I. ertheilte Bewilligung eine Sammlung milder Beiträge zur Förderung des Baues einer katholischen Kirche in Weimar mittelst hiezu beglaubigter vertrauenswürdiger Personen, in den, dem Staatsministerium unterstehenden Ländern vornehmen zu dürfen, auf die Dauer weiterer durch sechs Monate zu verlängern befunden.

Hievon werden die politischen Unterbehörden und die hochwürdigen Konsistorien mit Beziehung auf die h. o. Erlässe vom 3. November 1863 und 28. Juli 1864 Z. 3. 26723 und 18981 in Kenntniß gesetzt.“

Hoc pro notitia et ferendo auxilio in nexu Provocationis Nostræ Currendæ II. et XIV. anni 1864. insertæ.  
Tarnoviæ die 9. Feb. 1865.

L. 280.

**Wykaz Listów zastawnych, we Lwowie wylosowanych 15. Grud. 1864 i t. d.**

Szan. Dyreccyę g. s. Towarzystwa kredytowego pod d. 12. Sty. b. r. L. 135 udzieliła kilkanaście sztuk drukowanych wykazów, obejmujących listy zastawne tegoż Towarzystwa, dnia 15. grudnia 1864 i dawnej wylosowanych, już do wykupna przypadłych, lecz dotąd niewykupionych, na końcu takich, na których ciążą zastrzeżenia z powodu zguby lub innym sposobem doznanej straty, do rozesłania ich — z których po 1. egzemplarzu dla każdego Dekanatu przy kur. I. załączamy.

Tarnów 26. Stycz. 1865.

L. 493.

**Szuka się Ignacego Wszołka, także Fortasem zwanego.**

W r. 1855 podczas cholery Ignacy Wszołek, także *Fortas* opuścił jako wyrobnik miejsce urodzenia *Rozenbark*, i więcej nie wrócił.

Pozostała z dzieciątkiem żona Małgorzata, uważając go za umarłego potrzebuje *sepulturny*, za którą 10 zł. ofiaruje, upraszczając o wyszukanie go w ksiegach umarłych. Zechce Szanowne Duchowieństwo, szczególnie Obwodu Sandeciego i Tarnowskiego, zajrzec w Swoje księgi i o skutku, na końcu *Marcia 1865* drogą Wieleb. Urzędów Dekanalnych Nas uwiadomić.

Tarnów 9. Lut. 1865.

N. 42. 53. 118.

**Piis ad aram precibus commendatur:**

Anima p. m. A. R. Josephi *Reinfuss* prius Parochi Tymov. Presbyteri deficientis in Brzesko, 29. Decem. 1864; item p. m. Jos. *Danek*, antea Capellani localis in Jaślany 1 Jan. 1865 circa 9. hor. paralysi pulmonum Tarnoviæ residentis demortui, relicto testamento, cum pia fundatione 12 annue Missarum. Pro anima prioris præterea Consodales fel. mor. unum Missæ Sacrificium litare tenentur; demum R. Hieronymi *Weiślak* Presbyteri Ordinis PP. Reformatorum in Wieliczka, 6. Jan. 1865 e vivis sublati post curriculum vitæ 46 et profess. 15. Presbyter. vero ann. tantum 7.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 9. Feb. 1865.

JOANNES FIGWER, Cancellarius.

**Josephus Alojsius.**

Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviæ & Jasło. Typis Anastasii Rusinowski, 1865.

Currenda haec celerrime expediatur oportet.